

Pauli de Heredia 1480
INCUNABULI
E
6
35
Biblioteca Nazionale Centrale - Firenze







DIVO INNOCENTIO OCTAVO PONT. MAX. PAVLVS DE HEREDIA POST PEDVM OSCVLA BEATORum SALVTEM PERPETVAMQVE FOELICITATEM.

S

Epenumero cõtemplatus sum sanctissime pater quęstionē quandã que est inter duas amplissimas scolis quibus totus pene orbis sustētari uidet. Ea uero est: Vtrum intemerata uirgo Maria fuerit concepta in peccato originali. Vna autem scola hoc argumento nititur probare ꝙ sic: cum peccatum nostri primi parētis tam graue fuerit ut materiam suam infecerit & cōtaminauerit: adeo ut ab eo descendentes infecti sint illa macula quod peccatū originale appellatur. Gloriosa uero uirgo concepta fuerit ex illo semine quod ab Adam processit: rationi congruum est ꝙ fuerit in peccato originali concepta & hoc patet: quia deus non uult abrogare ordinē cursumq; nature: sed bene in eodem instanti fuit purificata & sanctificata ab ipso peccato. Altera autem scola tenens ꝙ nō: oppositum arguit dicens. Cognito uirginem

immaculatā futuram uas & tabernaculū quo
xp̄us carnem humanam erat assumpturus: ne
cesse erat ut pfectus esset q̄ reperiri posset: neq;
indigeret purificatione Quare ego paulus de
heredia ut cōponerem hmōi controuersiā pre
sens opus institui cōpilare: in quo ut mea uia
procedā pretermissis multiplicibus ratiōibus
& argumentis que utraq; scola facit: ea adducā
que ad huius rei satisffactionem q̄ melius dici
poterit facere uidebuntur. Et quāuis sciam me
unum esse ex iis qui fortasse minus intelligā:
tamen ob ardentissimam deuotionē quā erga
piissimam uirginē gero: eiusq; minimū me ser
uum appello cogor ut pro ingenii mei ībecilli
tate meam de hac questione sn̄iam in medium
proferam. Id aūt erit uirginē gloriosam nullo
pacto fuisse in peccato originali cōceptam: qd
uariis ratiōibus tam naturalibus q̄ propheti
cis pro uiribus ostēdemus. Et quoniā ueritas
a quocunq; referat̄ accipienda est: ideo ad pro
bandā intentiōem nostram adducā dicta tam
hebreoꝝ doctoꝝ & alcorani mahometi q̄ alio
rum plurium: tametsi infidelis illi sint & a no
stra plurimū religione abhorreant. In primis
aūt testabor maximum discrimen esse inter he

braicum sensum & diui Hieronimi traductio
nem. Et q̄q̄ falsitas proueniat ex deprauatione
textuum quā scribe fecerunt in biblia ut nos ī
nostro ense probamus ostendentes diuum hie
ronimū optime traduxisse. Verūtamen quia i
ipso ense & in hoc tractatu multis in locis cō
tradicimus pestifere iudeoꝝ opinioni nō disce
dam ab hebraico sensu & dimittaꝫ hieronimi
traductiōem: nō ꝙ illam non probem: sed ne
iudeus obicerē possit nos falsis testimoniis pro
basse ueritatem. Et quia Salomon ait canticoꝝ
c. iii. Egrediamini & uidete filie syon regē Sa
lomoneꝫ in corona qua coronauit eum mater
sua in die desponsatiōis sue & in die leticie cor
dis sui ubi loquitʳ de incarnatiōe que est coro
na quā maxima leticia accepit xp̄s quando de
sponsauit se matri sue ideo p̄ntem tractatū co
ronam regiam appellabimus. Eum aūt tue. S.
idcirco dedicandū putauimus quoniā cum tu
qui xp̄i iesu uiuā imaginē fidelibus populis
representas illiusq̧ uicem quasi terrenus xp̄us
geris in terris uidearis optīa ratione Marie fili
us appellari eius tanq̄ tue parentis laudes pri
mus cognosceris: cognitas si uiderētʳ approba
res approbatas demum legēdas fideli populo

publicares. Quis enī uel auidius uel honorifi
centius illas suscepisset q̄ tu pr̄ sāctissime q &
xp̄iane religionis es caput & eam tuis diuinis
ꝟtutibus ornas quiq; es tū celitū oīm tum uel
maxīe ipsius uirgīs flagrātissimus ac deuotissi
mus cultor. Quis itē alius plus auctoritatis q̄
tu approbās huic operi in quo laudes tue ma
tris cōtineant̄ addere potuisset. Quis etiā ad a
lia q̄ meditati sumus publicāda q̄ ex fontibus
hebreoꝝ hausta in nr̄e fidei firmamentū addā
tur. eāq; locupletent nos acrius excitare. Nā &
si mee mentis instructu diuinaq; gr̄a ad id pre
standū satis uidear īflamatus. aura tn̄ & uelut
secūdo uento ad fluctus maris difficiles perua
gādos remigāti seni est opus ne anteq̄ in portū
cimba possit impelli. uel transuersa iactet̄ in li
tus. uel mediis īfluctibus obruat̄. Suscipe igr̄
beatissime pr̄ oblatū pauperescenti manu mu
nusculū. & me naufragū senem. ac tue sāctitati
deditissimū seruulū hēas cōmendatū. Prn̄s trac
tatus diuidit̄ in q̄tuor partes. Prima ps dicit̄
ratio generatōis peccati. Secūda ratio operatio
nis Tertia ratio ꝓphetie. Quarta ratio creatio
nis uirginis.

Prima pars ad ꝓbandū gloriosā uirginē cō
ceptā fuisse absq; peccato originali. z hoc rōne
cause gn̄ationis peccati. Extat in li. sapiētie dic
tū. Per q̄scunq; causas nascit̄ peccatū. per easdē

dissoluit᷑. Eandē auctoritatē īuenimus decreta li. de regulis iuris. Oīs res per q̄s causas nascit᷑ per easdē dissoluit᷑. Hāc eandē repimus apud Auerroim ī. v. culliath cap̄. i. de uirtutibus q̄ ui opant᷑. ex principiis & causis p q̄s accipiūt res sua pricipia. ex eisdē accipiēdi sūt fines. Igr̄ & si nos a materia nr̄i tractatus parūper transgrediemur nihilominus ut melius nr̄a intētio declaret᷑. adducemus oīa q̄ interuenerūt perpetrationi peccati Ade quēadmodū etiā interfuerūt absolutōi peccati & passiōis xp̄i. Dico ergo peccatū primū ab hoīe ppetratū fuisse. necesse ut ab hoīe redimeret᷑. Hoc aūt peccatū cōmissū fuit īfinito. necesse erat ueniret infinitus ad reluēdū. & hec ē potissima ratio quā afferūt sacri theologi messiā necessario fuisse deū & hominē. Hoc peccatū cōmissū fuit ab hoīe creato uerbo dei. necesse erat ueniret ad redimendū homo. cuius hūana natura uerbo dei facta eēt un̄ illud & uerbū caro factū est. Hoc peccatū cōmissū fuit ab hoīe q fuit pr̄ totius orbis. necesse erat illud redimeret xp̄s deus & homo q̄ fuit pr̄ uniuersi. Hoc peccatū uenit interuentu serpētis. necesse erat uenia pueniret ex altero serpente q̄ est xp̄s ut extat ex textu diui iohannis euangeliste capitulo. iii. Sicut moyses exaltauit serpentem in deserto ita exaltari oportet

filium homis. Preterea in quodā hymno q̄ in
cipit Alma chorus. ſerpens unū ex nomibus
chriſti numeratur. Hoc peccatū commiſſū
eſt in eſu fructus arboris. neceſſe erat fieret in
arbore redemptio. Hoc itidem uenit ex fru
ctu quem adā comedit. neceſſe erat altero fruc
tu dilui. ut ait Paulus ad corinthios epiſtola
prima capi. v. Et enim paſcha noſtrū immola
tus eſt chriſtus Itaq; epulemur ob quas qdem
duas extremas natiões canit mater eccleſia. Per
lignum ſerui facti ſumus & per ſanctā crucem
liberati ſumus. Fructus arboris ſe duxit nos
& fructus arboris redemit nos Hoc peccatū
perpetratū eſt ab homine cuius unus tantum
erat parens ſcilicet terra q̄ fuit materia ade. ne
ceſſe erat redimeret ille. cui non eſſet niſi unus
parens q̄ eſſet mater. Hoc peccatū petratum
fuit ab homine q creatus eſt integer & ita pul
cher ut in mortis articulo. neceſſe erat ueniret
xp̄s integer homo tametſi non fuerit in utero
matris q̄draginta diebus ut organizaret̃ ſicut
qlibet homo. ſed ſtatim q̄ uerbū caro factum
eſt homo integerrimus factus fuit z perfectus
Si autem mihi obiciat̃ conſequens non ualere
qa chriſtus ſicut adam debebat creari magnuſ

& pulcher quemadmodũ erat in die passionis Item si qs dixerit Noli paule rñdere ꝙ fuerit ĩpossibile corpus tã pulchrũ & tã bene ꝓpor tionatũ potuisse in aluo uirginali cõtineri qa hec nõ esset respõsio triplici ratione. Prima ꝙ queãdmodũ pullũ gallinaceũ aut calũbinum cũ primũ egreditur ouo uolens non poteris il luc reintromittere .quoniã uix caput recipiet Prius autẽ diuino quodã miraculo in eo cõti nebatur. ita poterat facere de xpo benedicto . Secũda ꝙ sicut in speculo paruo effigies hoĩs magni refert dum speculat. & in eo cernuntur turris magna & mons ingens. ita poterat xp̃s manere in utero uirginis. Tertia ꝙ quemad modũ corpus xp̃i ita magnũ & pulchrũ ut in celis habitat descẽdit in hostiã paruã consecra tam. eodẽ modo poterat degere ĩ uirginis aluo Et sic rñdeo xp̃m uere potuisse generari ita ma gnum & pulchrũ ut erat in die passionis & de gere in utero uirginis. Preterea dico ꝙ poterat xp̃s incedere p̃dicans a die sue natiuitatis ut fe cit triginta ãnos natus. Sed deus hoc facere no luit ne cognosceret nisi pro hoĩe tantũ quoniã alioquin nõ potuisset seq eius sancta mors & passio adeo ignominiosa & acerba. Quare si a

liter factũ fuiſſet hoc miraculo ſtupefacti hoẽs
eũ uenerati fuiſſet ut deum & illeſũ ſeruaſſent
adeo ut nec iudas qdem q taꝫ magnus ꝓditor
fuit ſi eum cognouiſſet unq̃ ꝑdidiſſet. Hoc
aũt ꝓbatur quoniã cum primũ aliquã eius ha
buit cognitionẽ penituit & triginta denarios
reſtituit. Hoc peccatũ perpetratũ fuit ab hoĩ
ne creato die ueneris. neceſſe erat ueniret xp̃us
ad id redimendũ die ueneris generatus. Notã
dum enĩ eſt ꝙ in anno natiuitatis xp̃i fuit an
nũciatio in die ueneris. z ſacri theologi ꝓbant
natiuitatem dñi nr̃i fuiſſe die dñico & optima
qdem ratione. Die enĩ domĩco cepit deus crea
re hunc orbẽ & in uenere pfecit. atqꝫ ita decens
erat ut in die dñico naſceret̃ & ĩciperet edificar̃
mundũ gloria eterna. Idcirco dies annũciatio
nis uenit biduo ante natiuitatẽ Hoc peccatũ
perpetratũ fuit ab homĩe qui die ueneris pecca
uit totãqꝫ orbem cõdemnauit. neceſſe erat ueni
ret xp̃s q die ueneris pateret̃ z pceret orbi Hoc
peccatũ cõmiſſũ fuit ab homĩe qui die ueneris
eiectus eſt a paradiſo. neceſſe erat ueniret xp̃us
q die ueneris pelleret̃ a mundo. Hoc peccatũ
cõmiſſũ eſt ab homĩe qui cognoſcebat felicita
tem conſiſtere in gubernatione ciuitatis. & po

tentem esse. ut ait textus genesis cap. ii. z eritis sicut dii necesse erat ueniret christus ut instrueret felicitatem nõ consistere in hoc mundo sed in regno dei. Hoc peccatum perpetratũ est ab homine q ob corporis uoluptatem animã suã occidere uoluit & animas ab eo descendentium. necesse erat ueniret christus & affligeret seipsum. eiusq uita esset erumnosa ut animas uiuificaret. Hoc peccatum commissum fuit ab homine cuius delictũ toti orbi mortem peperit. necesse erat ueniret christus q morte sua & post resurrectionẽ ostenderet uitã mundo p resurrectionem. Hoc peccatũ commissũ fuit ab homĩe transgressore precepti diuini & qui pditione sua mũdũ condemnauit. necesse fuit ueniret xp̃s tradendus ut sua passione ignosceret mundo. Hoc peccatũ perpetratũ fuit ab homĩe qui uoluit esse dñs & imperare. necesse erat ueniret christus cui imperaret & esset suppositus anne. cayphe. herodi atq pilato.
Hoc peccatum cõmissum fuit ab homine qui deliquit in superbia & in obedientia. necesse erat ueniret christus cum obedientia & humilitate mansuetus sedens super asinam. Hoc peccatum commissum fuit ab homine quem

diabolus tentauit superbia auaritia atq; gula. Auaritia cũ dixit ei. Et eritis sicut dii. Gula cũ comedit ex arbore. Supbia & in obedientia in transgressione pcepti diuini subiciendo se diabolo qui eum uicit. necesse erat ueniret xps redeptor q tentaret a diabolo eisdẽ peccatis. Gula qñ dixit ei. Si filius dei es dic ut lapides isti panes fiãt. Auaritia & supbia qñ eleuauit eũ ĩ montẽ altũ & ostẽdit omnia regna eiq; dixit. hec oĩa tibi dabo. si cadens adoraueris me. xps aũt diabolũ supauit. Hoc peccatũ cõmissũ fuit ab hoĩe cuius peccati causa terra maledicta fuit ut generaret spinas & carduos. erat necesse ueniret xpus spinis coronatus ut parceret mũdo. Hoc peccatũ cõmissũ fuit ab homĩe cuius peccato terra eius materia maledicta fuit necesse erat ueniret xps cuius incarnatõe bñdiceret mater eius. ipsiq; diceret. Aue gratia plena. Hoc peccatũ cõmissũ fuit ab hoĩe cuius peccato condẽpnatus ẽ ipse & tota pgenies. ut cũ sudore uultus sui comederet panem. necesse erat ueniret xps q sudore sui uultus ueronice relicto ignosceret orbi. Hoc peccatũ cõmissũ fuit ab hoĩe. cuius aĩa intellectiua est tota ĩ toto corpe & tota in parte. Sed qa eius opatões

magis in cerebro demonstrant & corde ideoq̧
dicitur aia in cerebro in corde cōsistere. Adam
aūt qñ peccauit perdidit sensum & fantasmate
gubernatus est: erat necesse ueniret xp̄s cui im
poneret corona spinea que circundaret caput
cerebrum & fantasma cum maxima sanguinis
effusione: mox uero lancea feriret latus quod
est domus cordis. Hoc peccatum cōmissum
fuit ab hoīe qui auribus suis audiuit p̄ceptū
dei & transgressus est: erat necesse ueniret xp̄us
q audiret multa uitupia & obprobria. Hoc
peccatū cōmissum fuit ab hoīe qui oculis suis
uidit arborē ex qua p̄cepit deus ne cōmederet
necesse erat ueniret xp̄us qui uideret sputa iu
deoꝝ & arborē qua crucifigendus erat. Hoc
peccatum perpetratū est ab hoīe qui spōte sua
accessit ad arborem ut mandatū dei trāsgrede
retur: erat necesse ueniret xp̄s ut sponte ascende
ret arborē qua admitteret peccatū. Hoc pec
catū cōmissum est ab hoīe: cuius pedes maxia
leticia processerunt ad colligendū fructum: ne
cesse erat ueniret xp̄s cui pedes perforarent ad
ueniam peccati. Hoc peccatū cōmissum fuit
ab hoīe qui manu sua arborem apprehendit:
& altera collegit fructū necesse erat ueniret xp̄s

cuius manus perforarentur. Hoc peccatum cōmissum fuit ab homīe qui expādit brachia sua & corpus ad fructum colligēdum: erat ne cesse ueniret xp̄s cuius brachia & corpus ī cru ce descenderent. Hoc peccatum perpetratū fuit ab homīe qui aperuit brachia sua ut totū orbem in peccatū traheret: erat necesse ueniret xp̄us qui expansis brachiis staret ad ignoscen dum. Hoc peccatū perpetratū fuit ab hoīe cui cōmedēti ex illo fructus dulce fuit: necesse erat ueniret xp̄s qui in cruce diceret Sicio eiq; daret in potum fel & acetum. Hoc peccatū fuit cōmissum ab homīe cuius omīa membra gauisa sūt & recreata ex cibo illius fructus: ne cesse erat ueniret xp̄us cuius oīa membra cede rent & essēt afflicta multis uerberibus. Hoc peccatum fuit cōmissum ab hoīe qui postq̄ cō medit fructum cognouit inhonestū esse nudū incedere & ut tegeret dedecus suum accepit fo lia ficus & uelauit: erat necesse ueniret xp̄us ut tegeret dedecus orbis: eiq; imponeret uelū sup pudēda. Hoc peccatū cōmissum fuit ab ho mine cuius materie que est terra nō potest ad scribi aliquod peccatū nec originale nec actua le nec mētale: erat necesse ueniret xp̄s: cuius ma

cause uidelicet materialis. efficiens. formalis. & finalis. Ex his aũt quatuor causis finalis ẽ sub limior & p̄stantior omnibus. quia eius gratia relique p̄parantur. Secunda ꝙ causa finalis & opinio nature semper permanent. neq; cessant suo subiecto & indiuiduo pfectiorem tradere formam. si materiã aptam ad recipiendũ talem formã inuenerint. Idcirco necesse est unicuiq; efficiẽti naturali atq; artificiali disponere habi liorem materiam q̄ possit cuilibet subiecto. ut ueniat finis peculiaris illi secundũ cogitationẽ & finem ab ipso imaginatum. Exempli gratia Piper cuius finis est caliditas & siccitas. & na turaliter facit ignis operationẽ. Econtrario uio la quam natura disponit ad q̄litatem aque ut pote rem cõuenientem frigiditati que ẽ finis ei peculiaris. Eadem ratione Saphirus. rubinus. & adamas quos natura & causa finalis dispoĩt ad quandã materiã sublimẽ lucidã & diapha nam ex q̄tuor elementis ut recipiant formam ꝓpriam & peculiarem sibi. nõ obstante ꝙ sint ex elemento terrestri quod ẽ crassum obscurũ & tenebrosũ. Quod cũ ita sit in rebus naturali bus. consequẽs est gloriosã uirginem. ex quo erat subiectum quo filius dei incarnãdus erat

fuisse perfectissimũ & naturaliter factum absq̧ peccato originali. nec creatã cum peccato & po stea purgatã. Secundus modus. Vnicuiq̧ enti cui deest aliq̃ perfectio. insitus est naturalis ap petitus assimulandi enti perfectiori. oditq̧ res sibi infimas & inferiores. Natura aũt si dispo sitio subiecti sit habilis recipere maiorẽ perfec tiorem dat ei q̃tum capax sit. Idcirco saphirus cuius materia ẽ ex terra tetra. natura cupit ascẽ dere in gradũ claritatis q̃ est in elemento æreo accipitq̧ ab ipso claritatem fitq̧ lucidũ & dia phanũ. Minere autẽ cupit fieri uegetatiuũ ob eamq̧ rem corallum quod est minere crescit ut uegetatiuũ & si aĩam uegetatiuã non habeat. Sed natura dat ei crescendi perfectionem. cum materiã habeat aptã. Vegetatiuũ uero appetit animal fieri. ideo mandragore ob dispositõnẽ sue materie & si caret sensitiua. natura tñ dedit ei homĩs figurã. Preterea aĩal cupit fieri homo ob quod simia homĩs tenet effigiem effingitq̧ multa que ipse homo. tametsi anima careat ra tionali. unde consequens est ex quo appetitus materie gloriose uirginis erat cõcipi absq̧ pec cato originali eiusq̧ materie dispositio erat ha bilis ad recipiendũ huiusmodi perfectionẽ q̧

rationabilius sit operatione nature conceptam fuisse sine peccato originali. q̄ post conceptionem fuisse purgatā. Tertius modus. materia forma & causa efficiēs quāto perfectior & sublimior est eorum finis. tanto sunt altiores. quemadmodū quatuor elementa cum primū animā sensitiuā nanciscuntur. sublimiora sūt q̄ cum solum animā uegetatiuam habebāt. Cum aūt rationalem adipiscunt͛. sunt altiora q̄ cū erant bruta. Mineria uero cum primū lapilli precio si efficiunt͛ prout est carbunculus rubinus & zaphirus nobiliores sunt hiaspide & porphirite hiaspis autem & porphirites sunt excellentiores lapidibus qbus domus construunt͛. Eadem ratione ex herbis honorabilius est frumētum. & ex architectis q regiam construūt. q̄ q casam. Item erigere basilicas sublimius ē q̄ palatia regis edificare. Preterea adorare deum eiq; dicere laudes amore prestātius est & acceptius q̄ necessitate. Sequitur ergo. ut quanto sublimior est causa finalis tanto plures perfectōnes emanēt ab ip̄a in subiecto suo. ut excellentior sit futura. Quod cum ita sit. necesse erat intemeratam uirginem que erat subiectū & tabernaculū quo filius dei incarnādus erat. futurā

ſublimiori gradu q̃ ſubiecta minora que cum
peccato originali cócepta ſũt cócipi ſine pecca
to originali. ut pote que exceſſũ pfectionis ha
beret. Quartus modus. Exploratiſſimũ eſt in
q̃cunq; re inueniant᷑ alii fines a primo ſeparati
ſecundũ finem eſſe primo ſublimiorem. tertiũ
ſecũdo. & ita gradatim de ceteris. Eadem ratio
ne materia᷑ & forma ſecũdi finis ſunt perfectio
res materia & forma primi. & materia z forma
tertii ſublimiores ſecundi. uerbi gratia. homis
reſpectus z finis eſſe aĩal. perfectius ẽ q̃ finis eſ
ſe uegetatiuũ. finis aũt eſſe hominem eſt perfe
ctior q̃ finis aĩal eſſe. Propterea cũ homini dif
finitionẽ dare uoluerimus ꝓut ſolum aĩal eſt
eſſe corpus nutritiuũ. ſenſibile dicemus. Si au
tem ꝓut homo eſt. dicemus eſſe aĩal rationale
q̃ eſt ſublimior diffinitio q̃ prima. Conſeq̃ns
eſt igit᷑: ut cũ intemerata uirgo in ſua concep
tione nõ ſolum ut eſſet homo fuerit concepta
ſed ut eius ultimus finis fuerit eſſe matrem dei
qui q̃dem finis eſt excellentior atq; ſublimior
ultimo fine in genere hũano ꝙ habuerit mate
riam z formã perfectiorẽ ea que hominem eſſe
faciebat. Illa aũt eſt conceptã eſſe abſq; peccato
originali. Nã quemadmodũ materia aĩalium

est sublimior perfectiorq; materia plantarum. materia aūt hominis est excellentior animaliū ita rationi congruū est & necessariū materiam uirginis gloriose fuisse perfectiorem sublimiorem q; materia hominū. utpote que in altiorez gradum ascenderit hominis. Et hac ratione satisfatiemus dicto diui pauli. Omnes in adam peccauerunt Quod sic interp̄tamur. Omnes q̄ subeunt regulā Ade solum. neq; altiorē gradū sorciunt̄. ii uere peccatores sunt & in peccato originali cōcepti. Verūtamen gloriose uirgini que in sublimiorē gradū ascendit q̄ adam. nō potest dici q̄ ceciderit in peccatū ade. solaq; ipsa uirgo hoc priuilegio donata fuit supra omnes creaturas. ut in ea filius dei conciperetur. Quod aūt hanc excellentia aliquis nancisci nō poterat p̄ter gloriosam uirginē. isq; fuerit eius ultimus finis & sue conceptōnis probabimus hoc modo. Nulla unq̄ creatura concepta fuit in qua dei filius incarnaretur preter uirginem gloriosā. In ipsa autem filius dei incarnatus ē. ergo ut filius dei conciperet̄: concepta fuit uirgo gloriosa. Concludit̄ hoc argumento incarnationem filii dei fuisse causam finalem cōceptionis beate uirginis. Postq̄ autem fuit causa fi

nalis dicte cóceptionis. necesse fuit ut materia & forma inclite uirginis esset perfectior & sublimior q̄ alia in genere húano & sine peccato originali creata. Quintus modus. Natura tunc est equa & secundú se ipsam agit cú dat tantú perfectionis q̄tum subiectú recipere potest: Et hoc modo nó dicitur aliqd contra natura fieri Tunc enī id diceretur. cú ipsa natura nó daret perfectionem quā eius subiectú capere potest. Nam quemadmodú est contra naturam dare perfectónem ei qui nó meret᷑. ita est contra naturā illi, que meret᷑ adimere. Quod cú ita sit. fuit necesse materiā gloriose uirginis q̄ erat habilis & apta recipere huiusmói perfectionem. ꝙ conciperet᷑ absq; peccato originali a natura sine peccato originali creatā fuisse. Alioquin si apta non fuisset deus illā nó mundasset. Qua ratóne respondebimus obiectioni quā afferút deum nolle cótradicere nature. ideoq; fuisse cóceptam in peccato originali. Fateor equidem. sed uerā dico cótradictóné nature esse. cú natura nó dat tantú pfectionis q̄tú subiectú caper̄ pót Ergo cú subiectú íuiolate uirginis esset aptú recipere talé perfectioné non pót dici cótra naturā factú fuisse ut crearet᷑ absq; peccato ori

ginali. Sextus modus Faciemus aũt duas propositiones. Prima erit. Certũ est peccatũ originale nõ esse causã efficientẽ generationis qppe ꝙ si adam nõ peccasset. certe generasset. Secũda & hoc exẽplo ꝓbabimus. Quidã rex ingressurus erit domũ sordidã & fetidã. Interrogo utꝝ decentius sit eam domũ mundari debere & uariis odoribus repleri anteq̃ rex ingrediat̃. an posteaq̃ ingressus sit? Certe dignitati regie conueniet prius nitidã. mundã & redolentẽ reddere q̃ postea. Ita dicemus de regia celoꝝ iustius & decentius fuisse. ut materia q̃ futura erat materia uirginis gloriose mũdificaret̃ ac sanctificaret̃ dum erat materia generantis. & ab ea adimeret̃ causa efficiẽs peccati originalis q̃ postea cũ erat materia generate Quod si nõ. ostẽderet defectũ in regia celi Textus aũt canticoꝝ cap. iiii. clamat. Tota pulchra es. zc. ergo defectus peccati originalis gloriose uirgini non põt imputari. Septimus modus. q̃to ꝓpinqores sũt principiũ & finis. tãto perfectius debet esse mediũ. magisq; cõuenire debent principiũ. & medium cũ fine quemadmodũ maior influentia ꝓuenit a causa finali in operatione subiecti & multo auidior est finis in medio & principio.

Ideo cognito q͞p finis cōceptionis uirginis inte
merate erat ꝓpter cōceptionem filii dei. necesse
erat cōuenire deberent principiū quod est bea
ta uirgo & mediū quod est conceptā esse absq͞
peccato originali cū fine qui ē incarnatio filii
dei ī uirgine gloriosa. Et quēadmodū cum pri
mū uerbū caro factum est deus dedit materie
xp̄i omnes perfectiones quotquot habiturus
erat. nec ulla defuit ita necesse fuit materiā glo
riose uirginis in sua conceptione sortitā fuisse
omnes perfectiones q̄s eius materia capere po
terat. nec expectandā fuisse purgationem origi
nalis peccati. Quod si mihi obiciat̄ propositō
nem meam esse falsā. utpote corpus xp̄i in sua
cōceptione nō omnes pfectiones habuisse cum
iu sua resurrectione fuerit glorificatū. Respon
deo uere cū primū uerbum caro factū est. cor
pus eius fuisse glorificatū. Verūtamen cū diui
nitas esset ei unita & glorificationē quodāmō
colligatā haberet nō sinebat corpus xp̄i opera
ri in uita res glorificati. cum futurū esset passi
bile z mortale. quēadmodū si quis puerꝫ forti
manu tenens eū non permittat facere quod ue
lit. sed bene cogēte necessitate corpus xp̄i facie
bat opera corporis glorificati. ꝑut in eius na

tiuitate cõspicimus eũ prodiisse ex utero uirgi
neo absq; corruptione uirgĩs incorrupte. Hñt
enim hoc precipuũ corpora glorificata ut sua
subtilitate transeant p parietẽ sine illius corru
ptione. Cuius rei exemplũ esse põt. q xp̃s post
resurrectionẽ suã ingressus est domũ ubi erãt
eius discipuli ianuis clausis. Preterea in transfi
guratione usus ẽ corpore glorificato. & eo tem
pore quo iudei uolebant eũ lapidare. exiit e tẽ
plo illis nõ uidentibus. Ad cõfirmationẽ autẽ
nr̃e rationis q nõ reperiat apud aliquem euan
gelistarũ mentio de glorificatione xp̃i in eius
resurrectione ob idq; cõsequens esse gloriosam
uirginẽ in instanti sue cõceptionis fuisse absq;
peccato originali. dico in cõceptione eius mate
riã habuisse omnes pfectiones quas habitura
erat. cunq; ei anima infusa est adeptã fuisse om
nes pfectiones in actu q̃ in anima reperiri pos
sent put sũt scientia sapientia. intelligentia &
pphecie & quecũq; aĩe attribui possunt. Cum
aũt dei filius in ea incarnãdus uenit. in gradũ
altissimũ conscendit. qppe q filius dei reliquit
ei totius orbis regimen & gubernationẽ fecit
q; ut esset domina & regina celorũ & angelorũ
tantaq; ẽ eius perfectio. ut quecũq; tribuimus

deo excellētissime v̓gini attribuamus. adeo ut nihil ei desit nisi ꝙ non sit xp̄s queādmodū a nobis postea declarabit̄ melius. Ex operatōni bus artificialibus. & hoc duobus modis. Pri mo ex cristallo & uitro q̄ sūt diaphana & luci da cōfectaq; ex tribus materia libus & terrestri bus. arena. cinere ꝫ terra tetra q̄ q̄to nigriorem terrā sorciūt̄ tanto fiūt lucidiora. Qm̄ aūt illa materialia sūt apta recipere huiusmōi claritatē nō obstāte ꝙ sint obscura illā recipiūt. q̄ aliud materiale nō admittit. Ergo si ī rebus artificia libus homo q ē causa efficiens materiales ꝓdu cit ad eū gradū pfectōnis ut ex obscuris faciat diaphanas & claras q̄to magis natura cuius p fectiores debent esse opationes. qppe ꝙ res arti ficiales nō possūt esse ita perfecte ut naturales qa si ita esset dii essemus. hoc aūt falsum est. re stat res artificiales ita perfectas esse nō posse ut naturales. Ergo ex quo materia īmaculate uir ginis apta erat illā recipere claritatem. rationi congruit ꝙ natura ei dederit eiusmōi perfectio nem ut conciperetur absq; peccato originali.
Secundū modum ꝓbabimus ex uirga Iacob. qn̄ custodiebat oues laban q erāt albe & nigre Ex natura aūt albarū est edere agnos albos. &

nigraꝝ nigros. Iacob uero mediātibus uirgis pictis q̄s in canalibus collocabat tēpore cōceptionis efficiebat ut respicientes oues in illas & phantasiā illis adhibentes. secundū picturā illaꝝ agnos conciperent. Quare uolēs conuertere naturā albaꝝ ut parerent agnos nigros uirgas obiciebat & ecōuerso. & similiter obiectione uirgaꝝ facere maculosos. poterat ꝑ arbitrio Preterea extat exēplū duorū cōiugū. q̄ cū albi essēt liberos nigros ut ethiopes edebāt. Id aūt accidebat ob peristroma circa lectū depictū figuris ethiopū ī quod intuēs mulier dū patraret unerē. & imaginatōnē imprimeret eiusmōi filios ꝑcreabat. Ex hoc seq̄tur ut postq̄ regula nature ē facere opationes suas & potius adherere pfectioni q̄ impfectiōi albi aūt generāt nigros. cū potius nigri albos deberent. arguo ꝙ ex quo opatiōes artificiales ob phātasiā z imaginationē cause efficiētis adeo potētem naturā mutare faciūt q̄to magis id in cōceptōe gloriosissime v̄ginis dicemus. Sanctus enī ioachin z sācta āna q̄ erāt causa efficiēs. Cū dixerat angelus die supiori eos generaturos creaturā q̄ ī seruitiis dei uiueret adeo uehemēte phātasiā habuerunt uoluētes aīo q̄ nā futuri essent a deo feli

ces. ut matrem messie generarent tã perfectã & magnam dominã. q licet materia illa pcederet ex materia tetra atq tenebrosa. ob eorũ tamen uehementem imaginationem. reddita sit clara. diaphana. mũdaq a peccato originali. Ex operationibus diuinis. hoc aũt probabimus duodecim modis. In primo respõdebimus dicentibus deũ nolle tollere regulã z ordinem nature ubi dico uerũ id esse. tñ hoc non intelligi omĩ ex parte. Sed particulariter. Nã proprie id facit deus exigente necessitate. put diuersis in locis extat. Et primo dico q nõ est regula nature ut arbor cesa & sicca possit pducere flores. folia & fructus. Virga aũt aaron edidit gemmas flores. folia & amigdalas. Secũdo nõ est ex natura ut in una nocte arbor pducat gẽmas flores. folia & fructus. Aaron autẽ uirga id fecit. Tertio ex cursu nature nõ est ut arbor neq uiridis neq sicca habeat animã sensitiuã. Virga aũt moysi serpẽs effecta est. Quarto ex ordine nature nõ ẽ possibile alicui bruto loq atq disserere. Asinus aũt balaã cũ eo disputauit. Quĩto ex cursu nature pphecia non reperit nisi in genere hũano. nec aliquod brutũ potest uaticinari. Nos vo legimus deũ cũ cetu ione locutũ

Sexto ex regula nature nõ eſt poſſibile rotam celorũ ceſſare poſſe a motu ſuo circulari Ieſue uero in bello gibon ſol ĩ medio celi ſeſe oppo ſuit. ſtetitq; ĩmobilis per diem ſolidum. Nam cum ſol peruenit ad noctẽ & occidit duo inte gri dies tranſierant. Septimo ex ordine nature impoſſibile eſt ut rote celi q̃ faciunt motũ ab oriente in occidentẽ retrogradant̃. ezechie ue ro ſol retro ꝓceſſit gradibus decem eius itine ris quod confecerat. Octauo. ex curſu nature ĩpoſſibile eſt ut leo ceſſet a feretate ſua occiden di precipue cũ eſt famellicus. Danieli aũt cum in lacum leonũ proiectus eſt. non obfuerunt. Nam cũ rex Nabuchdonoſor deſcendit ut ui deret quo nã pacto ſe habebat. exiſtimans eũ iam deuoratum. inqt. Daniel quomodo te ha bes? Reſpõdit ille. Deus meus miſit ad me an gelum ſuũ qui clauſit ora leonum & mihi no cumẽto nõ fuere Statim rex illũ extrahi iuſſit & ĩ puteum demitti accuſatores q ut refert tex tus anteq̃ ad fũdũ peruenerint in mille fruſta diſcerpti fuerũt. Nono. ex regula nature ignis urit & deuorat. Sed ananie miſaeli & azarie in fornacem ardentiſſimã proiectis nõ potuit of ficere nec pilo quidem ueſtimẽtorum nocuit.

quippe ꝙ deus abstulit ab igne calorē & eius ardorem cōuertit in frigiditatem Verum est ꝙ doctores hebrei uidentes omnia ista q̄ sunt cō tra naturam. hāc afferunt ratōnem. Deū postq̄ mūdū creauit dedisse nature facultatē ut ope raretur in hoc orbe secundū ordinem ab ipso deo naturatū. nec se illi contradicturum fuisse pollicitū. nisi hac conditione ꝙ exigente neces sitate ipse uolebat posse facere quicq̄d sibi ui deretur. etiā quod esset contra ipsā naturam. & de hoc naturā conqueri nō posse contra se fieri ex quo deus illi cōditionaliter uires tribuisset Decimo ex cursu nature postq̄ deus creauit A dam & euam sine cōiunctione uiri & mulieris dedit nature regulam & ordinem. ne posset ge nerari homo sine semine uiri & mulieris. Pos tea uero reperimus incarnationem filii dei. Et uerbū caro factū est. Ex his rationibus seq̄t deum nolle ab rogare ordinē nature in genere & omni ex parte. Verūtamen particulariter & exigente necessitate id facit ut diximus. nec ob particularitatem dici potest rumpere regulā ip sius nature. uel si dicere uoluerimus secundū doctores hebreos fuisse ob specialē conditionē multominus dicetur esse contra naturā. Ergo

cum beata uirgo esset sola creatura ab homine & muliere concepta factaq; absq; peccato origi nali. non potest dici fuisse contra naturam sed erit tanq̃ una ex rebus p̄dictis. Secundus mo dus. Certum ē deo non posse attribui auaritiā & tenacitatem cū ipse uidens aliq̄d creatum ap tū z habile recipere aliquā perfectionem det ei quantū eius subiectū capere pōt. uerbi gratia Deus cum mundū creauit dedit unicuiq; gene ri tantū perfectionis. q̃tum eius subiectū reci pere poterat. Nā si subiectū asini potuisset re cipere subiectū equi. leonis atq; etiā homīs. cer te illi dedisset. sed cū non esset aptū ad recipiē dum nō dedit. Quod cū ita sit seq̄tur deum fe cisse gloriosam uirginē absq; peccato originali ex quo ita erat eius subiectū. Quod si nō. fuis set auarus & tenax. hoc aūt fallū ē. seq̄t̄ cōcep tā fuisse absq; peccato origīali Tertius modus Certū est principiū cogitatōis esse operis finē quo fit ut cū pricipiū cogitatōis diuine fuerit mūdare & purificare beatā uirginē a peccato o riginali ꝙ fuit decētius eā fecisse mūdā & sine peccato q̃ cū peccato & postea mūdasse. Nā si ita nō fuisset opatiōes diuine assimilarent̄ hūa nis uariis & incōstantibus. hoc aūt falsum est igitur fecit eam deus absq; peccato originali.

Quartus modus. Insitus est appetitus q̄dam a natura unicuiq; homī. ut eius mater sit per fectior in omībus perfectōnibus orbis. & hoc qa ex suo sanguine purissimo ē generatio crea ture. Quod si mater eius ex materia munda & optima cōstabit eius filius eadem materia con ficiet̄. & econuerso. Idcirco cupit eius perfectō nem oditq; impfectionē. Si ergo christus qui amat uirtutes & perfectiones oditq; uicia pec cata & impfectiones nō optasset matrem suam futurā nobiliorem pfectioremq; in bonitate iu sticia & sanctitate reliqs perfectionibus. profec to fuisset in ordinatus in uolūtate & appetitu quippe q͞ desideriū suum potius in rebus uili bus & impfectis inclinasset q̄ nobilioribus & perfectōribus. Preterea sequeret̄ eum uiliorem hebuisse appetitū q̄ alia creatura cū uoluisset suā materiā z humanitatem esse impfectā. hoc aūt manifeste falsum ē & contra omnē rationē cū deus sit perfectus in extrema pfectione. ex natura uero perfecti ē amare perfecta potius q̄ imperfecta. debebat igit̄ cupere & facere matrē perfectā & absq; peccato originali ergo. zc.

Quintus modus certū est q͞ deus añ creationē mundi & nostri patris Ade sciebat eum pecca

turum & q̄ p redēptōne eius peccati erat incar
nandus. ex quo seqtur. Quod si in muliere fa
cta in peccato originali deus deliberasset incar
nari deum fuisse causā peccati. & adam coactū
fuisse. ademptūq; ei liberū arbitriū. Id si esset.
adam nō meruisset penā & culpā. Ex his autē
sequirent᷑ multa incōuenientia & falsitates. er
go cōcepta fuit absq; peccato originali. Sextus
Principiū generis humani fuit adā. & finis ip
sius fuit xp̄s cuius amore creatū est genus hu
manū. ut aūt conueniūt inter se mediū princi
piū & finis. seqtur ut queadmodū adam qui
est principiū & xp̄s qui est finis facti sūt absq;
peccati originali. mediū quod est intemerata
uirgo fuerit concepta absq; peccato originali.
Preterea seqtur queadmodū eua fuit una caro
cū adam. primūq; mediū pro cōseruatione hu
mani generis facta absq; peccato originali sic
& intemeratā uirginem que est ultimū mediū
p salute animaꝝ & una caro cum xp̄o qui est
finis conceptam fuisse absq; peccato originali.
alioqn principium & primū mediū cum ulti
mo medio & fine nō conueniret. quod est incō
ueniens. Sequit᷑ ergo q̄ fuit absq; peccato ori
ginali concepta. Septimus. Notum est q̄ qui

unq̃ potentissimus rex uolens erigere sibi re
giam uel basilicā in honorem dei optimi max
imi. querit & parat necessaria edificio perfectio
ra & excellentiora q̃ reperiri queant. Ei aũt ob
potentiā suā illa deesse nõ possunt. quẽadmo
dũ legimus de rege Salamone qui ob excellen
tiā templi quod cõstruxit in dei obsequiũ uo
luit ne in opere fabrili & excidẽdis lapidibus
malleus aut aliquod genus ferrei instrumenti
adhiberet̃. nec eorũ quidem sonus audiretur.
Sed reperit uermem noĩe zamir. quo super la
pidẽ imposito dũ per eum incederet illico fran
gebat̃. Et hoc in figuram ꝙ in edificio templi
quo filius dei incarnãdus erat & in tabernacu
lo in quo deus ostendit claritatẽ suā & sancti
tatem. nõ posset deficere materia tante perfectõ
nis ad id construendũ nec opus esse ut adhibe
retur in excidendis lapidibus hoc ẽ in concep
tione intemerate uirginis ferrũ aliquod quod
peccatũ originale significat. & est ita robustũ
ut ferrũ. huius rei ratio est ꝙ unũ peccatũ nõ
potest cum altero sanari nisi cũ re simplici mi
nima & quodãmodo uerme. Idcirco reperit za
mir idest xp̃m qui uermi assimilat̃ & ita apsal
mista uocatur psalmo Ego sum uermis &

zamir

nō homo. Incidit autē beatam uirginē sine fer
ro hoc est absq; aliquo peccato . Et ut in edifi
tio templi nec sonus qdem ferri extabat. ita in
edificio & in cōceptōne inclite uirginis uox &
fama peccati origīalis reperiri nō debet. Quod
si deo deficeret materia sanctissima ad eius cō
ceptionem . esset in maximo defectu minoriq;
gradu q̄ rex Salamon. hoc aūt falsum est. ergo
cōcepta fuit absq; peccato originali. Octauus
Adam & eua in principio sue creatōnis fuerūt
a peccato īmunes. Diuus ioannes baptista &
hieremias in principio qdem immundi fuere
sed in medio & fine purgati. Diuus petrus &
paulus immūdi fuere in principio & parte me
dii sed in altera parte medii & fine mūdati. Si
autē dicimus īmaculatam uirginē fuisse cōcep
tam in peccato originali eāq; nō fuisse in prin
cipio medio & fine mundā. non diceret᷑ uirgo
singularis. hoc autē falsū est. ergo cōcepta fuit
absq; peccato origīali. Item uirgo singularis ī
telligit᷑ in p̄eminētia bonitatis & iusticie z uir
tutis pro toto eius subiecto . hoc est in prin
cipio medio & fine. Si uero dicamus eā fuisse
conceptam in peccato & postea sanctificatam.
non fuisset uirgo singularis. quandoquidem

heremias & ioannes baptista fuerũt sanctifica
ti post cõceptionẽ. Ergo ut singularis sit. neces
se est conceptam fuisse absq; peccato originali
esseq; sublimiorẽ aliis in principio medio & fi
ne. Preterea certũ est perfectiorem nobilioreq;
esse rem in quã nunq̃ cecidit aliq̃ macula aut
sordes. q̃ ea in q̃ prius fuit macula & postea
purgata est. quẽadmodũ homo q nunq̃ pecca
uit pstantior est peccatore recõciliato. Nam si
perfectior uel in pari perfectione esset peccator
recõciliatus ut ille q numq̃ peccauit. deus glo
riosam uirginem in statu gratie nõ confirmas
set. & cum imaculata uirgo singularis dicatur
consequens est pstantiorẽ esse hieremia & ioan
ne baptista. q i peccato cõcepti fuere & postea
emũdati. Ipsa uero nullã particulã in peccato
sortita est. O hanc aũt gratiam & excellentiam
quã supra eos adepta est. excellentior fuit ipis
in merito cũ filii hieremie fuerint passibiles &
mortales & itidem ipse hieremias & diuus Io
hannes baptista c i a peccato originali nõ essẽt
imunes. Gloriosa uero uirgo & eius filius cũ
ab eo essẽt penitus alieni. merito impassibiles
& imortales esse debebãt. Sed quia ob redemp
tionem nostram erat necessaria mors & passio

christi. quippe q sine ea diuina iusticia ignos
cere nolebat. fuit xp̄us passibilis & mortalis.
Gloriosa itidem uirgo cum generatura esset fi
liū passibilem & mortalē. ab impassibili autē
& immortali nō potest pcedere naturaliter per
generationē passibilis & mortalis. ideo tā ma
ter q̄ filius mortui sūt. Verūtamen in rebus cō
tingentibus ob peccatum ade & nō necessariis
xp̄i passioni cū beata uirgo a peccato origina
li esset immunis. ab iis liberata fuit. prout est
parere sine dolore quod qdem eue pro maledi
ctione datū fuit. Inclita enī uirgo peperit xp̄m
sine dolore. Item menstrua mulierū & infirmi
tates que ex peccato pueniunt. gloriosa uirgo
nō habuit ut a nobis probabit̄. Et quia sicut
mors & passio xp̄i & intacte uirginis fuit con
tra rationem ad redēptionem generis humani
ut diximus. ita resurrectio xp̄i nō obstante q
esset necessaria ad fidei catholice cōfirmationē
necessario esse debebat. ex quo a peccato origi
nali erat īmunis. eademq; ratione gloriosa uir
go statim ut mortua est resurrexit & una cum
filio in celū empireū sublata est. Quas p̄roga
tiuas nō sunt adepti hieremias nec ioannes ba
ptista cū peccati originalis expertes nō essent.

quamq̄ in utero matris sanctificati. Propter quequidem duo corpora scilicet christi & im maculate uirginis cecinit psalmista. Exurge domine in requiem tuam tu & arca sanctifica tionis tue. Sequitur ergo beatam uirginem conceptam fuisse absq; peccato originali. No no arguunt contra nos & aiunt. christum di ctum esse redemptorem uniuersalem. Preterea saluatorem prout ipsa uirgo canebat. Et exul tauit spiritus meus in deo salutari meo Quod cum ita sit. necesse erat gloriosam uirginem connceptam esse cum peccato & postea redem ptam atq; saluatam. Quod si non. non dice retur christus redemptor uniuersalis nec salua tor. His respondebimus propositionem istam pace sua. non esse uerā. quippe ꝙ ita dicetur re demptor & saluator ille qui homīem custodit ne captiuus fiat. ut ille qui liberat a captiuita te. Quemadmodū medicus dicit᷑ qui dat regu lam & ordinem homini ut sanitatem cōseruet & in egritudinem nō decidat. ut dicetur medi cus qui egrotantem sanat. Idcirco auicenna in diffinitione medicine ait. Medicina est scientia qua humani corporis dispositiones noscunt᷑ ex parte qua sanatur uel ab ea remouet᷑ & ha

bita sanitas conseruetur & amissa recuperetur
Eadem quoq ratione dico ita redemptorem &
saluatorem illum appellandū qui prohibet ne
in peccatum decidatur. q̄ qui postea redimit.
Si enim id non esset minus diceretur redemp
tor pro purgatione peccati. Ratio est q deus
misericordia & potētia absoluta poterat ignos
cere Ade peccatum. Verūtamen iusticia prohi
bebat. quippe q ubi mors est. mors soluere de
bet. ob idq necesse erat uerum messiam deū &
homiem esse debere. cum homo quatenus pu
rus homo non sufficeret. huius autem ratio ē
q quemadmodū peccatum Ade commissum
fuit ab homine q erat pater uniuersalis totius
orbis. necesse erat ut redemptor esset itidem pa
ter uniuersalis. homo autem quatenus purus
homo non erat sufficiens. quia generationes
ante eum factas que ab ipso non procedebant
non poterat redimere. utpote q necesse erat re
demptorem esse deum & hominem. hominem
ut esset crucifixus. deum. ut esset pater uniuer
salis orbis. & ob id coniuncta sunt misericor
dia & iusticia. Misericordia ut deus mitteret fi
liū suū incarnandū. Iusticia uero ut hūanitas

cit in cauernis macerie elocutio duplicat᷑. Ite3
in eodẽ li. cap. iiii. Quã pulchra es amica mea
& oculi tui colũbarũ absq; eo quod ĩtrinsecus
latet. Ex hoc textu melius nr̃a opinio decla a
tur quippe ꝙ ait omẽs pfectiones separatas a
pfectióibus q̃ inter eã sũt occulte. Id aũt est cõ
cepta eẽ absq; peccato orig. Itẽ in eodẽ li. ca. v.
Aperi mihi soror mea. amica mea colũba mea
ĩmaculata mea. Dicit aũt ĩmaculatã ut magis
atq; magis ratio nr̃a cõfirmet᷑ Item in eodẽ cap.
Vna ẽ columba mea pfecta mea. una ẽ matris
sue electa genetricis sue hoc est una sola cõcep
ta est absq; peccato originali. Quoniã autẽ in

clita uirgo hanc dignitatem adepta est. fuitq̃
excellentior hieremia & diuo iohãne baptista
q fuerunt sanctificati in utero matris q̃ qdem
sanctificatio non fuit nisi in eorꝝ persona. nec
ulterius processit cum essent primũ in peccato
concepti. In intemerata autem uirgine Maria
cum sine peccato originali cõcepta esset. nec in
christo fuit passibilitas aut mortalitas nisi se
cundũ rationes supradictas. ꝙ hoc sit uerum
probabimus dicto diui augustini qui ita ait.
Si christus crucifixus non fuisset. semo defecis
set. Glossa in cap̃. placuit de cõsecratõne de. v.
& glo. in cle. prima de sũma trinita. super uer
bo passibile. Si christus non fuisset crucifixus
nõ fuisset confectus senio sed semper in uiridi
etate uixisset & numq̃ obiisset. Consequens ẽ
ut si christus nõ fuisset crucifixus impassibilis
& ĩmortalis fuisset. eiusq̃ mater que erat una
caro cuꝫ eo itidem immortalis fuisset. quippe
cum secũdũ naturã una & eadẽ caro nõ possit
esse partim passibilis & mortalis & partim in
passibilis & immortalis. Et propterea christus
beatam uirginem turturi comparauit. ut ait
in eodem libro capitulo. ii. Tẽpus putationis
uenit & uox turturis audita est in terra nostra

Sensus est. Tempus putandi & recidendi pec
catũ originale uenit. ideo uox xp̄i audita ẽ in
terra nr̄a. Item ratione alteꝝ alteri assimulandi
dicit in eodẽ libro cap̄. i. Ecce tu pulcrha es a
mica mea. Ecce tu pulchra. Duplicauit aũt ser
monẽ ut significaret pulchrã in cõceptione &
post. Respondit aũt uirgo ĩmaculata. Ecce tu
pulcher es dilecte mi & decorus lectulus nos
ter floridus. tigna domoꝝ nostraꝝ cedrina. la
quearia nostra cupressina. Sensus ẽ. Certe quẽ
admodũ ego sine peccato originali cõcepta sũ
ita tu amicus meus es pulcher & formosus &
noster lectus. hoc est nr̄a conceptio ẽ florida z
odorifera & in eo non est aliquid peccati. Tra
bes enim nr̄e domus sũt ex cedro. & laquearia
ex cupresso q̄ corruptionẽ aliquã nõ patiunt
Item in eodem li. cap̄. i. Sicut liliũ inter spinas
sic aĩa mea inter filias. Sensus ẽ. Queadmodũ
rosa speciosa & odorifera ex qua multa aroma
tica conficiunt nascitur inter spinas. ita amica
mea nata est ĩter feminas conceptas in peccato
originali. Ipsa uero nõ. ut rosa non est spina.
Accepit autem filias ꝓpter dignitatem uirgis
gloriose & pro oibus homĩbus intelligitur.
Respondit beata uirgo in eodem libro capit.

dilectus meus inter filios. Omniũ uero ratio
nũ conclusio de christo & uirgine in tacta est.
ut in eodem libro cap̃.vi. Ego dilecto meo &
dilectus meus mihi. sensus est. ut ego concep
ta sum absq̧ peccato origĩali ita amicus meus
Item in eodem libro cap̃.i. Dum esset rex ĩ ac
cubitu suo. nardus mea dedit odorem suũ. dũ
esset rex hoc est in sua incarnatõe. nardus mea
hoc est concepta sum absq̧ peccato originali
dedit odorem suũ. idest ipsemet conceptus est
sine peccato originali. Item in eodem libro cap̃
ii. Leua eius sub capite meo & dextera illius
amplexabitur me. Si christus leuam sub capi
te uirginis tenebat & dextera eam cõplectebā
tur. impossibile est eam permisisse cadere ĩ pec
catũ originale. Item in eodem libro cap̃.iii. In
ueni quem diligit anima mea. tenui eum nec
dimittã donec introducã illum in domũ mr̃is
mee & in cubiculũ genitricis mee. Sensus est.
Qñ reperi amicũ meũ in eius ĩcarnatõe. appre
hẽdi eũ nec dimisi quousq̧ adduxi eum in do
mũ & camerã mr̃is mee. hoc est Queadmodũ
ego cõcepta fui sine peccato origĩali in embrio
ne mr̃is mee. ita ip̃m generaui. Itẽ ĩ eodẽ libro
c.vi. Que est ista q̃ progredit̃ q̃si aurora cõsur

gens pulchra ut luna electa ut ſol. Senſus eſt Que eſt iſta q̃ oſtẽdit ſe uenire ut aurora q̃ in choat diei claritatẽ. Certe ita glorioſa uirgo ue nit & incipit totũ orbẽ illuminare. Atqꝫ ut lu na recipit claritatem a ſole. ita beata uirgo rece pit omnia ſua priuilegia & gratias a filio chri ſto. eſtqꝫ ita clara ut ſol qui in inſtanti ſue cre ationis omnem ſuam claritatem adeptus eſt. Nam materia uirginis inuiolate in inſtanti conceptionis omnes perfectões materiales aſ ſecuta eſt conceptaqꝫ abſqꝫ peccato originali.
Septimũ teſtimoniũ eſt ſancti Mathei euange liſte. c. xi. dicentis. Inter natos mulierũ nõ ſur rexit maior iohanne baptiſta. Cũ aũt ſanctus Iohannes non fuerit maior xp̃o qui ex mulie re natus eſt: dicatqꝫ textus ſurrexit quod dici non poteſt niſi de eo qui prius cadit & poſtea ſurgit neceſſario cogimur ita ĩterpretari: Inter eos q in peccato origiali cõcepti ſunt nõ ſurre xit maior ioãne baptiſta. Xp̃s aũt nõ cecidit ĩ peccatũ. ergo ẽ maior ioãne. Cũ aũt ĩtemerata v̾go ſit maior ioãne baptiſta eo ꝙ fuit concep ta abſqꝫ peccato originali: quod ſi nõ cõcedere tur ſãctus ioãneſ eſſet ea maior. ſed hoc falſum eſt ergo non fuit concepta in peccato originali

Quod si mihi obiciatur uerum non esse cũ euan gelium dicat natos & iure natos & natas dice re debebat. Respondeo consequẽtiã non ualet cũ genus masculinũ. femininũ cõcipiat. Ex oĩ bus his prophetiis apte ostenditur gloriosam uir ginem conceptã fuisse absq; peccato originali.

Quarta pars dicta est ratio generatõnis uir ginis & hec dupliciter. Primo mõ ratione ge nerationis in mente diuina. Secũdo ratione ge neratõnis in actu: Primo mõ dico quod deus qui p̃ uidet omnia anteq̃ fiant & uelut p̃sentia intue tur cũ mundũ creasset & adam illũ p̃sciuisset peccaturum eiusq; peccatũ orbem condẽnaturum Huius aũt delicti remediũ & reparationẽ nul lam meliorẽ esse q̃ incarnationẽ & passionem filii sui q̃obrem ut ostenderet charitatẽ suã & amorẽ erga genus humanũ tanq̃ optimus me dicus ante plagã parauit optimã medicinam. Igitur anteq̃ mundũ creasset. iam intemerata uir go creata erat in conspectu suo ut ait textus p uerbiorum cap̃. viii. Dñs possedit me ĩitio uiarum suarum hoc etiã repimus in li. ecclesia. cap̃. xxiiii Abinitio & ante secula creata sũ. ergo si glorio sa uirgo ab initio & ante secula creata erat adã

uero nondum peccarat quonã modo fieri ꝑo
terat: ut ĩmaculata uirgo in peccato originali
cõcepta esset? Verũtamen nõnulli dicũt textus
predictos nõ de beata uirgine dici. sed de sapi
entia diuina: quod fallũ esse dicemus. eoꝝ pa
ce: cũ uera conclusio sit nihil esse in deo quod
nõ sit deus: Consequẽs est sapiẽtiam q̃ in deo
ẽ esse deũ. quod si ẽ deus. increata ẽ. textus aũt
uociferat in dictis locis. Anteq̃ abyssi fuerant
ego iam cõcepta erã & ab initio & ante secula
creata sũ. ergo non dicunť de sapientia diuina
Iudeus aũt sese opponit huic q̃stioni asseuerãs
ipsos textus nõ loq̃ de uirgine maria nec de sa
pientia. sed de lege dei q̃ creata fuerit & scripta
litteris igneis nigris in dorso ignis candidi. ea
ꝙ duobus milibus annis mũdũ ꝓcessit. Nos
rñdebimus dicemusqꝫ hanc q̃stionẽ esse falsissi
mã duabus rõnibus. Prima ꝙ non possũt nu
merũ annorũ colligere dicentes duobus mili
bus annis cũ ante mũdi creatõnem tẽpus non
esset. idqꝫ duplici rõne. Prima ꝙ deus nõ subi
ciť tempi. Secũda ꝙ tẽpus sequiť & cõiunctũ
ẽ motui rotaꝝ celestiũ. Nam horã facit plane
ta qui gubernat unã horã: z diem facit motus
solis q. xxiiii. horis morať: ex quo ascendit &

fi

iterꝝ incipit ascēdere ī oriēte. Ebdomadā faciūt
septē planete quoꝝ singula diē unū gubernāt
Dn̄icū diē gubernat sol dictū a dn̄inio. q̄a ipse
ē rex septē planetaꝝ Lune uero diē luna mode
ratꝰ. Martis mars & ita de reliq̄s. Mensē lunarē
cursus cōficit lune & solarē cursus signi quod
uno mēse dn̄atꝰ quodlibet suo. Annū conficit
sol q̄ integro anno pagit duodecī signa zodia
ci. Quāobrem si celi nō erant creati nō erat tp̄s
tempore nō extante duo milia annoꝝ. a iudeo
adducta falsa sūt. Secūda opinio iudei est he
retica quippe ꝙ ignis est unū ex q̄tuor elemē
tis que creata nō fuere usq̧ ad mūdi creationē
quod si opinio eius uera esset sequerentꝰ duo q̄
sunt cōtra legem. Pimū ꝙ mūdus esset ab eter
no ex quo ignis iam erat. Secundū ꝙ deus nō
creauerit mundū ex nihilo sed ex aliquo. hoc
aūt est heresis maxima. ergo iudei argumentū
nō ualet. necessario igitꝰ dicere cogimur dictos
textus de intemerata uirgine dici q̄ est mater
oīm scientiaꝝ & sapientiarū. Preterea gloriosa
uirgo est q̄dam petra & colūna supra quā cō
structus ē mūdus. & q̄ p̄cessit mūdi creationē
Nā si deus an̄ creationē ade peccaturi nō statu
isset imaculatā uirginē redēptricē futuri pecca

ti incarnatiõe & passione filii sui mũdũ nõ cre
asset cũ eius finis q ẽ padisus secuturus nõ fuis
set. quod patet ex q̃dã auctoritate ĩ epist. secre
toꝝ sexto respõso super petitõne quã fecit An
toninus consul urbis Ro. rabbeno haccados:
Ad quã legẽtes remitto ne una res totiẽs repli
cata fastidiũ afferat. In ipa auctorit. dr̃. ex isra
hel excidẽdã esse petrã sine manibus q̃ ẽ petra
primaria hoc ẽ gloriosa uirgo ex q̃ rex messias
pditurus erat. Et iõ zaccharias loq̃ns de ĩteme
rata uirgĩe cap̃. iiii. petrã primariã appellauit.
ideoq; uulgo dr̃ sãcta maria delpiler hoc est co
lũna sup q̃ mũdus substẽtat᷑. Sane ionathas fi
lius uzielis in glossa chaldea geñ. cap̃. i. super
textũ In principio deus creauit celũ & terrã ita
ait Propt᷑ sapiẽtiã creauit deus celũ & terrã hoc
ẽ amore ĩtemerate uirgĩs q̃ ẽ sapiẽtia mũdi cre
auit deus celũ & terrã. Aut dicemus. amore sa
piẽtie. i. xp̃i filii dei (filio enim sapiẽtia attribu
ta est) creauit deus celũ & terrã. Item Salamon
puerbioꝝ cap̃. iii. Dñs in sapientia edificauit
terram & cõstituit celos intelligentia. Non so
lum autẽ totus orbis eius amore constructus
fuit sed nullo pacto cõsistere posset ob nostras
prauas operationes: nisi ipsa gloriosa uirgo

plena pietate & clementia ꝑ nobis orans illum
ſubſtineret. Et hec dici poteſt ſecũda ratio cur
uulgo ſancta maria delpiler appellet : Ex his
duabus rõnibus dicet petra primaria quã zac
charias uocauit. Primariã in tẽpore z gradu z
excellẽtia. que cũ ita ſint. dignũ eſt ut ſine pec
cato originali cõcepta fuerit ꝑcipue cũ peccatũ
originale nõ eſſet. ut diximus. Secundo mõ ra
tione generationis in actu. Nã non ſolũ in cõ
ſpectu diuino ab initio & ante ſecula ĩtemera
ta uirgo creata erat. ſed etiã dico actualiter fu
iſſe creatã eius materiã in materia ade. ipſamq3
glorioſã uirginẽ fuiſſe principalem in cã gra
du. & excellẽtia. cum eius amore creatus fuerit
mũdus. Nam cum deus formauit adam. fecit
maſſam ex cuius parte ꝑcioſiori accepit mate
riam uirginis intemerate ex reſiduo uero & ſu
pfluitate adam formauit. Ex materia autẽ ĩma
culate uirginis facta eſt uirtus q̃ cõſeruata fuit
in nobiliori loco & membro corporis ade ex
quo emanauit ad ſeth. & ex hoc ad enos. & ſic
ex aliis uſq3 ad ſanctũ ioachin & ex hac q̄dem
uirtute formata fuit beata uirgo. que ratio cõ
uenit cũ una quã reperi: ſcriptam nomĩe diui
Gregorii cõtra quem ſanctus thomas arguit

in tertio sentēciarum distinctione tercia de corpo
re christi q̄stione que incipit utrū caro xp̄i in
fecta non fuerit. q̄q̄ sanctus thomas honoris
gr̄a eum nominare uoluerit. Ita enim inq̄t A
lius error fuit dicentiū q̄ caro xp̄i secundū q̄
a parētibus erat infecta nō fuit. Dicūt enim q̄
peccāte adam dn̄s cōseruauit in adam aliquid
in corruptū z nō infectū per qnod natura hu
mana sanari posset & hoc idem transfusum est
sine aliqua infectione usq̄ ad beatā uirginem
& ex inde formatū est corpus xp̄i. hoc autē er
roneū reputat' propter duo. Primo quia secun
dū hanc positionē xp̄s nō uere filius uirginis
esset nec uere ex stirpe alicuius patrū progeni
tus nisi solū ex Adam. Illa enim pars quia in
corrupta in hūana natura remansit in oībus a
liis ab adam fuisset quasi extraneū ab eis Sed
soli ade cōnaturale q̄tū ad primū statū. Secun
do q̄a tollit' cōgruus sat sfactionis ordo. sicut
enim nō erat decēs ut pro adam & eius succes
sione corrupta. aliquis satisfaceret q̄ ex illo ge
nere nō esset. ita etiā nō esset congruū ut natu
ram infectā satisfaciendo sanaret dei filius. nisi
hoc ipsū quod prius infectū erat. assumpset.
& ideo dicendū est q̄ caro xp̄i secundū q̄ fuit

'n parentibus & etiã in ipsa beata uirgine pec
cato infecta fuit anteq̃ assumeretur. sed in ipsa
assũptõne ab omni infectione peccati purgata
est ut secũdũ ꝙ actu ẽ caro xp̃i nihil in ea ma
cule inueniret̃. Hactenus sanctus thomas. Et
q̃a eadem argumenta fient cõtra nos a dicenti
bus beatã uirginem nõ esse uerã filiam sancti
Ioachin. idcirco dictã propositõnẽ ꝓbabimus
figura & mox ꝓphetiis & euangeliis & tandẽ
r̃ndebimus argumentis ipsius sancti Thome
Figura. inuenimus textũ genesis cap̃. iiii. facia
mus hominẽ ad formã & similitudinẽ nostrã
Verꝝ. sanctus hieronimus transtulit imagineꝫ
cũ hebreus habeat ad formã. Et quia sũt duo
modi forme scilicet substancialis & accidẽtalis
Substancialis aũt est illa q̃ dat esse rei. & sine q̃
res non esset. Cum aũt deo nõ possit attribui
nisi forma substãcialis. dicet textus. Faciamus
homineꝫ ad formã hoc est. faciamus intemera
tam uirginẽ que sit gubernatrix & domina ce
loꝝ & uniuersi orbis. queãdmodũ nos sumus
eiq; attribuant̃ omia q̃ nobis cũ sit tabernacu
lum nostꝝ & ex eius carne assumpturi simus
carnẽ hũanã dignũq; est ut mereat̃ fieri ad for
mã nr̃am substãcialẽ. hoc aũt dicere debemus

ꝑ beata uirgine dici. nõ ꝑ adam cũ ei & si mag
nã habeat potestatẽ nõ attribuant᷑ res q̃ tribu
unt᷑ deo ut etiã beate uirgini tribuunt᷑. Nam
deus est dñs dñoꝝ & rex regũ. Inclita aũt ṽgo
est dña dñaꝝ & reginaꝝ regina. Deus ẽ guber
nator orbis. In tacta aũt uirgo uniuersi guber
natrix. Deus ẽ dñs demonũ q ab ea fugiunt.
gloriosa uero uirgo est illoꝝ dña z ab eius no
mĩe fugiũt. ut a noĩne iesu. Deus est dñs ange
loꝝ & beata uirgo est illoꝝ regina. Deus ẽ pr̃
totius orbis. & inclita uirgo mater uniuersi.
Deus est pater xp̃i & gloriosa uirgo ẽ mater.
Deus est pr̃ uirginis ĩmaculate & inclita ṽgo
est mater dei. Deus post mortẽ suaʒ intra tres
dies resurrexit z postea in celũ ascẽdit. & beata
ṽgo post mortẽ resuscitata fuit & in celũ assũp
ta. Deus ẽ causa cãꝝ & gloriosa uirgo. tametsi
causata ẽ & a deo creata. Tñ post deũ est causa
oĩm rerum. unũ tantũ deest uirgini beate ad
summã pfectõnem quod nõ est xp̃s. Solus enĩ
deus dr̃ perfectus extrema pfectione. Verumta
men oĩa alia q̃ deo tribuunt᷑ & perfectiones in
temerata uirgo assecuta est & possedit. ideo di
cit textus ad formã nostrã. postea ait. & simili
tudinẽ Sensus ẽ. q̃q̃ cõcedamus oĩa priuilegia

& dignitates nr̃e gloriosissime matri nolumus tamẽ eam esse deum sed similem nobis. & ideo dixit similitudinẽ. cum similitudo ex parte as similari non undiq; significet. psalmista. psal. c. Similis factus sum pellicano solitudinis nõ enim dicit se similem eẽ pellicano corpore. alis & pennis. sed solitudine & luctu ita inclita uirgo similis est deo in omibus pfectionibus sed non ut sit deus. Verũtamen cognita eius summa pfectione si deus potuisset. deũ fecisset. cur aũt deus aliũ deum similẽ sibi facere non põt ẽ ꝙ ille deus ab eo factus esset causatus. Deus aũt est causa & non causatũ. hoc autem solum defuit uirgini gloriose ꝙ est causata. Vnã tñ ꝑeminentiam in beata uirgine cõperimus ꝙ sepe deũ legimus iratũ. nolleq; nr̃as preces audire. Clementissimã uero uirginem nunq̃ iratã inuenimus aut indignatã. Adeo ut eo momẽto quo crucifixũ filiũ in sinu tenebat si iudas ueniam petiisset aut gratiã certe illi non denegasset tanta est eius misericordia. Ad confirmationem nr̃e rationis canit sancta mater ecclesia Quoniã tu solus sanctus mariã sanctificans. Tu solus dñs mariam gubernans. Tu solus altissimus mariam coronans. Cum aũt sancti

ficans gubernans & coronans sint participia
que utramq; hñt significationẽ. Maria uero in
accusatiuo passionem ostendat dico. Quoniã
tu solus sanctus. idest marie dedisti sanctifica
tionem ut posset mũdũ sanctificare. Tu solus
dñs. marie dedisti gubernationẽ. ut orbem re
geret. tu solus altissimus. marie coronã tribui
sti que posset coronare uniuersum. Tot enim
sunt eius perfectiones ut si nos effingeremus
deum creare alterum mundũ huic cõsimilem
qui milio repleret & in hec in quo sumus nõ
essẽt nisi cardueles & aues quarum penne lingue
efficerent que nihil aliud canerent q̃ gloriose
uirginis laudes cantibus uariis. ita q̃ ante ceci
nerint. amplius repetere non possent eecq; aues
non comederẽt nisi granum milii triginta mi
libus annis. prius miliũ ab sumeret. q̃ laudes
uirginis gloriose finem cõsequi possent cũ sint
infinite. Ideo asseuero textũ faciamus hominẽ
ad formã & similitudinẽ nostram pro inteme
rata uirgine dici dictũ. insuper reperi auctori
tatem apud doctores hebreos q̃ magna ex par
te nostre opinioni astipulatur. Dicitur in bere
sith rabba. hoc ẽ genesi magna ad rabbi moy
sen ludarsan sup textu genesis cap. v. Factum

est omne tempus quod uixit Adam ait rabbi iesue filius leui. Cum uidit deus scientiam magnam ade. uocauit omnes angelos eisq; dixit: humiliamini & estote obedientes huic homi Magna eorum pars imperium receperunt. & illi sese flexerunt secundum dei uoluntatem. Sathanas uero idest lucifer maior omibus angelis cum sua secta dixit deo O domine orbis tu creasti nos ex claritate glorie tue & nunc nobis imperas ut inclinemur homini quem ex terra formasti? Respõdit deus. In hoc hoīe qui ex puluere terre creatus est plus sapientie & intelligentie ē. q̄ in te. Vidēs aūt deus sathanā cū sua secta nolle flecti nec obedire huic homini. eū e celis expulit & effectus ē dyabolus & ideo dixit isaias cap. viiii. Quomō cecidisti lucifer de celo qui mane oriebaris? Hanc ego auctoritatē de gloriosa uirgine loqui cōtendo quippe cū ppter eam xp̄s uocetur filius hominis. nec loq de adam duabus rōnibus: Prima q deus nō p̄cepisset angelis ut ade inclinarentur quē sciebat cito in peccatū casurum. Secunda q q̄uis adam esset intelligens & sapiens tamen plus scientie in angelis erat. Auctoritas autem dicit in eo plus scientie reperiri. ergo loquitur

de uirgine gloriosa que est scientia & sapientia
totius orbis. & post deum superior omnibus
Et quamq̄ eius materia una cum materia Ade
creata fuit. nihilominus fuit prima in causa z
excellentia. Seq̄tur eam conceptam fuisse absq;
peccato originali. Prophetiis: & hoc quatuor
testimoniis. Primum est michee cap. v. Et tu
bethleem effrata paruulus es in milibus iuda
ex te mihi ingredie͛t qui dominator sit in isra
hel. & egressus eius ab eternitate & a diebus se
culi. Sanctus hieronimus: mihi preter misit.
Preterea dixit. & egressus eius ab initio a die
bus eternitatis: nos autem ab hebraico nō dis
cedemus. Quod ait ex te mihi egredietur ostē
dit messiam deum & hominē futurum. Ex te
quantum ad humanitatem Mihi. hoc est erit
homo dignus cui mea diuinitas coniuncta sit
& egressus lingua hebraica & etiam latina plu
ralis est numeri. cum sit quarte declinationis.
Sensus est: egressus & processus huius domi
natoris & messie sunt duo. unus ab eternitate
idest diuinitate. Alter humanitas que est a die
bus seculi: cōuenitq; hoc cū sancto Athanasio
q̄ ait. Deus est ex substātia p̄ris an̄ secula geni
tus & homo ē ex substātia m̄ris ī seculo natus

Verútamē athanasius dicit in seculo. accipiēs natiuitatem. Propheta uero dixit a diebus seculi qa cum formata fuit materia ade. inerat illi materia uirginis gloriose ut diximus & eius pciosissimo sanguini merat humanitas xpi benedicti. Secundum testimoniū est esaie cap. xlviii. Ego locutus sum & uocaui eū. adduxi eum & directa ē uia eius. Accedite ad me. Audite hoc. nō a principio abscōdito locutus sū cū ex tempore fieret ibi eram. & nūc dn̄s deus misit me & sp̄us eius. hec dicit dn̄s deus redēptor tuus sanctus israhel. zc̄. Esaias loquēs o e messie dicit locutus sū. Nunc loquitur diuinitas dicens Accedite ad me. Sensus est. Accedite & audite quod dico cum primū enim locutus sum ade eiq; dixi genesis cap. ii. De ligno aūt scientie boni & mali ne comedas. Nō locutus sum in abscōdito nec equo e Nonnulli interptantur a principio hoc est cū deus dedit legē moysi. id aūt falsum est quippe q̄ nō tunc primū locutus est deus cū genere humano Postq̄ aūt lo uta ē diuinitas q̄ nobis innuit pcepisse ade ut non peccaret. nunc loqtur hūanitas que ueniebat ad redimendū ipsius ade peccatum. Cum ex tpe fieret ibi eram. Hieronimus dixit

ex tempore anteq̃ fieret cũ acceperit totum ser
monẽ p diuinitate. nos aũt accipimus partim
p humanitate partim p diuinitate. & hoc tri
bus rationibus. Prima q̃ hebreus nõ dicit an
teq̃. Nam si pro diuinitate loqueret᷑. dixisset
ut sanctus iohãnes euangelista cap. viii. Ante
q̃ habraam fieret ego sũ. Secunda q̃ textus di
cit meheth heyotha. idest ab hora q̃ fuit ipsa
demonstratione feminina hoc est ab hora crea
tionis ade. Tertia q̃ magistri Cabbale uolũt
ut supra diximus. Adonay idest dñs significa
re patrẽ. & eloim idest deũ filiũ. Textus autẽ
dicit & nunc dñs deus misit me & spũs eius q̃
est spũs almus. Si enĩ filius mutebat᷑ a patre z
a spũ sancto nõ mittebat᷑ ab ipso met. qm̃ ipse
erat missus nõ mittens. Nã queadmodũ pater
non est filius. nec generans generatus ita man
dans non est missus. necesse ergo est nos dicere
q̃ ex tempore fieret loq̃tur de humanitate. in
nuitq; textus. ppter transgressionem precepti
ab adã necessaria est incarnatio filii dei in me
ob redemptionem ut ex tempore fieret creatio
ade. Ibi eram. quia ego erã in p̃ciosissimo sang
uine mee matris & materia sua inerat materia
ade. & nunc dñs deus misit me. ego emanaui

ab uno ad aliũ. utpote ex adam & zeth & ex
hoc ad enos & reliquos usq; ad ioachin & nũc
sancta trinitas misit me ut essem redẽptor isra
hel. Notandũ autem ẽ q magistri cabbale uo
lunt adonai idest dñm. esse dei mĩam & eloim
idest deũ. iusticiã dei. ideo dicebat messias mi
sericordiã & iusticiã dei se cõiunxisse. cũ neces
se fuerit eas uniri ad peccati redemptionez qp
pe q si soli iusticie remissã fuisset redemptio.
nunq̃ relaxatũ fuisset. Nulla enĩ condigna sa
tisfactio fieri potuisset. Si vo misericordie abs
q; penitentia. fieri nõ poterat. qm̃ iusticia non
remittit alicui absq; merito & satisfactione. Di
cit aũt misit me numero singulari. ut trinitaté
in unitate demõstret. Tertiũ testimoniũ ẽ hie
remie cap̃. xvii. Soliũ glorie altitudinis a pri
cipio locus sanctificatõnis nr̃e. expectatio isra
hel domus. Iã declarauimus hũc textũ de glo
riosa uirgine loq̃ que dicta ẽ sedes dei. Sensuz
q; esse sedes dei glorie & altitudinis dei est ĩma
culata uirgo q̃ a primordio mundi creata fuit
factaq; locus nostre sanctificationis q̃ est xp̃us
expectatio israhel. Quartum testimoniũ ẽ ade
genesis cap̃. iiii. Et uocauit nomen eius seth di
cens Quia posuit mihi dominus semen aliud

Diximus etiam superius quonam pacto adã uidens omnes animas ob peccatum suum per ditum iri. ideoq; centum & .xxx. annis postq̃ generauit eam z abel abstinuisse ab uxoris cõ iunctione ne filios generaret qui damnarent̃ Verumtamen postq̃ uaticinatus est aduentuz messie ob quem saluandus erat uxori sese con iunxit. generauitq; seth & quia cognouit in se eam esse uirtutem ob quam generãda erat uir go gloriosa cuius preciosissimo sanguine ine rat messias. uocauit nomen filii seth quod est deriuatiuum a pono dixitq;. Et uocaui nomẽ eius dicens. Quia posuit mihi dominus semẽ aliud. Sensus est. In me repertum est semẽ alie num & uirtus quedam ex qua generandus est messias. Reperi quandam auctoritatem apud doctores hebreos que apprime nostraz innuit intentionem. Dicitur in beresith rabba antiq̃ hoc est in genesi magna antiqua super textuz genesis cap. iii. Faciamus hominem & reliqua Ait rabbi symeon. Quod sibi uult textus ꝓ uerbiorum cap. xviii. Iustus prior ẽ accusator sui. uenit amicus eius & inuestigauit eũ. Sen sus est. Quando ueniet deus ut iudicet orbem

in die iuditii totus mūdus expauescet & time
bit diem illū terribilē, dicentq;. Quis rogabit
pro nobis peccatoribus. tūc accedēt ad Dauid
eiq; dicent O dauid rex nr̄ ora deū pro nobis
qm̄ ex te prodiit messias. Ipse aūt eis rn̄debit.
ob hoc ipsū quod dicitis nō suff cio. Nam ex
me multi reges ꝑdierunt. q in multis deū offē
derunt. Preterea ego sū infensus deo ob pecca
tū bethsabe & urie. tunc accedent ad moysen
dicentq;. O moyses magister nr̄ tu qui dedisti
nobis legem esq; fidelis dei seruus ora deū ꝑ
nobis. Rn̄debit illis. non suffitio. qn̄qdem ro
gaui deū sineret me ingredi in terram ꝑmissio
nis & oratio mea audita nō fuit. Quod si pro
me potis nō fui. quomō pro aliis ero: Illi aūt
ad iacob se conferent dicētes. O iacob pater nr̄
tu qui generasti duodecim tribus israhel roga
to deū pro nobis. Ipse rn̄debit. nō ualeo qppe
q; duas sorores uxores duxi utraq; uiuente. ac
cedent postea ad isaac rogātes o isaac pater nr̄
tu qui amore dei imolatus fuisti. I. & ora pro
nobis. Ipē uero rn̄debit. nō sufficio qm̄ ex me
natus est edom qui fuit idolatra z templū dei
destruxit. Tandē ad abraam se recipiēt. eiq; di
cent. O pater nr̄ abraam. tu qui uoluisti filiū

tuum immolare amore dei ora eũ pro nobis.
Ipse itidem rñdebit nõ sufficere. qm̃ ex eo pro
dierit ismahel. Cũ ergo neminẽʒ inuenerint q̃
pro ipsis precet̃. dicent. Eamus ad primũ hoĩ
nem q̃ oret pro nobis qui ẽ absq; peccato atq;
macula & hoc est qd̃ dicit textus. Iustus prius
accusator sui. ita diuus hieronimus transtulit
ut textũ glossaret. Verũtamen hebreus sic ha
bet. Iustus primus in lite sua. & dicent. O ho
mo prime cũ nos omnes emanemus abste qui
es a peccato imunes. ora deum pro nobis. Ipse
autẽ respondebit: pro quo rogaturus sum: Si
pro filiis iustis. non est necesse. Si pro iniquis
& iis qui q̃tum in se fuit deũ offenderũt falso
iurantes nomen eius & pecuniã mutuantes ad
usurã peierantes. blasphemantesq; legem eius
& sanctos propter quos dixit hieremias cap̃.
v. Negauerunt dñm & dixerunt nõ est ipse. p̃
ces effundere nolo. quippe q̃ omni benefitio
careant sintq; oĩo damnati. Sed orabo pro iis
qui nec omni ex parte sunt iusti nec impii cũ
& hi filii mei sint. tametsi propter merita sua
id asseq non debeant. tunc uenient omnes san
cti patres. reges. & iusti ad primum hominem
dicẽtes. O prime homo & prime parens noster

tu qui creatus es manu dei & a peccato es imu
nis: precare pro nobis deum quia nos nõ suffi
cimus. tũc ueniet primus homo rogabitq3 deũ
ꝓ eis. Deus aũt iudicabit bonos & iustos pro
pter suas operationes bonas & mediocres pro
pter preces primi hominis uite eterne adiudica
bit. Malos aũt & impios perditioni perpetue.
hoc aũt est quod dicit textus & uenit amicus
eius & inuestigabit eum instar elocutiões can
ticorũ. cap. iiii. Tota pulchra es amica mea &
macula non est in te. Ex his oĩbus colligit᷑ au
ctoritatem ꝑmissam de gloriosa uirgine loqui
cum oẽs pr̃es sancti ad eam rogatũ accedent: te
stabunturq3 hũc primũ hominẽ esse ab omni
peccato ĩmunẽ: quod non cadit in Adam qui
totum orbem condemnauit peccato suo quod
maius fuit peccato Iude. Textus aũt secundũ
hebreũ dicẽtis iustus prius in lite sua & uenit
amicus suus & ĩuestigauit eum: sensus est: hic
primus homo qui est beata uirgo obꝫ quã xp̃s
filius hoĩs uocat᷑: iustus est in lite sua qua in
peccato originali conceptam fuisse accusata est
& uenit amicus suus idest deus & hãc litem in
uestigauit protulitq3 sñiam dicens. Tota pul
chra es amica mea & macula nõ est in te. Quã

quidem auctoritatem ad confirmatioñe nostre rõnis doctores hebrei adduxisse uidentur. Ex omnibus his prophetiis clarissime ostenditur materiã uirginis inclite factam fuisse cũ massa Ade ut diximus. Restat probandum a nobis istud euangelistis. Primo ex Luca cap̃ primo. Et peperit filium suũ primo genitum. Primũ autem est correlatiuũ: cum non possit dici pri mus nisi ubi est secundus. sed quia intemerata uirgo est Ade prima causa: Adam uero ab ea processit quanq̃ in eodem tempore fuerint: ut sol qui est primus ĩ causa claritati suntq; in eo dem instanti tamen claritas solem precedit: ita ĩuiolata uirgo cum Adam qui ab ea processit & ab Adam totus orbis deriuatus est: omnes sumus filii uirginis immaculate. Verumtamẽ uerus filius & primogenitus est christus. Ex empli gratia Aliquis rex multos filios natura les procreabit anteq̃ ducat uxorem ex qua fili um suscipiet: certum est hunc primogenitum esse. Ita dicendũ de uirgine gloriosa a qua tam etsi totus orbis procedat eius tamen primoge nitus est christus: ideo dixit euangelista: Pepe rit filium suum primogenitũ. Secundo extat dictum sancti Iohãnis euangeliste duobus in

g.ii.

locis. primo cap̄. Quando ſacerdotes & leuite hieruſalem miſerunt phariſeos ad interrogan dum ſanctū iohannem baptiſtam in deſerto q̄ eis reſpondit. Medius aūt ueſtrum ſtetit quez uos neſcitis Ipſe eſt qui poſt me uenturus eſt qui ante me factus eſt. & alibi cap̄. i. Ecce ag nus dei ecce qui tollit peccata mūdi. hic eſt de de quo dixi. Poſt me uenit uir qui ante me fa ctus eſt. Ex hoc ſermone dicere debemus inten tionem noſtrā eſſe ueram. qm̄ ſi dixerimus ꝙ qui ante me factus eſt loquat̄ pro diuinitate. falſum erit. qa dicit factus eſt & filius ſolo a patre non factus nec creatus ſed genitus. Si ue ro dicemus eum loqui de aduentu eius in hūc mundū. itidem falſum erit. quippe cum ſanc tus iohannes ſex menſibus ante chriſti natiui tatem natus ſit. Nam cū glorioſa uirgo ſtatim poſt ſalutationem acceſſiſſet ad ſanctam heliſa beth eam uiſitandi gratia. diuus Iohannes in utero matris exultauit & ſe chriſto cōcepto in clinauit. Sequit̄ non de aduentu chriſti dici. ueramq̧ eſſe opinionem noſtram. uirginem in maculatam factam fuiſſe ex meliori parte maſ ſe ade. & ob id abſq̧ peccato originali concep tam. Reliquum eſt ut reſpondere debeamus &

ſatiſfacere primo & ſecundo argumento ſancti
thome. Quantũ ergo ad primũ quo ait xp̃m
non fuiſſe uerũ filium beate uirginis. nec etiã
ex uera ſtirpe unde ꝓceſſurus erat. Eadem enĩ
argumenta fient contra nos cũ diceẽ immacu
latam uirginẽ non fuiſſe filiã ſancti ioachin.
dicimus nos ſatiſfacturos ariſtotelis & plinii
auctoritate. Ariſtotelis in primis. xviii. de anĩ
malibus ita dicẽtis in ſocrate ẽ uirtus ſocratis
ꝓpria & etiam uirtus parentum & auoꝝ & ce
teroꝝ predeceſſoꝝ tam parentũ q̃ maternorum
& hoc uſq; ad ultimũ. Eſt in eo etiã uirtus ho
minis & deinde uirtus animalis. Cũ ergo uir
tus ſocratis eſt fortis generaẽ maſculus. Si de
bilis femina. Si aũt uincit uirtus ꝓpria Socra
tis. aſſimilatur ſocrati ſiue mas ſiue femina. Si
uincit uirtus patris Socratis generaẽ filius ſi
milis non ſocrati patri ſed auo. ita deinceps aſ
cendendo. & ſi deficit uirtus cognationis gene
ratur homo nulli de parentela ſimilis. Si autẽ
deficit uirtus hominis ubi deficit motus oĩm
manet uirtus generatõnis monſtrua. & ſic etiã
proceditẽ ex parte matris. Item idem ariſtotelis
lib. ſeptimo de hiſtoria aĩalium. Similes etiã
aliqui parẽtibus aut auis ſuiſq; maioribus ge

nerantur. aliqui similitudinis nihil referunt.
Redditur etiam uel post plures eiusdem prosa
pie ut in Sicilia eius que adulteriũ cum ethio
pe cõmiserat filia non colorẽ patris ethiopis re
tulit. sed qui natus ex hac est. is auũ ethiopẽ
regenerauit. Femine magna ex parte matri: ma
res patri proueniunt similes. Sed fit & e diuerso
ut femine patri mares matri similes procreentur
Plinius autem libro. vii. naturalis historie ita
scribit. Similes quidem alios auo & ex geminis
quoque alterum patri alterum matri. annoque post
genitũ maioris similẽ fuisse ut geminum. quas
dam sibi similes semper parere. quasdam uiro
quasdam nulli. Quasdã feminã patri. matrem
sibi. in dubitatum exemplũ est nicei nobilis
pictoris bizãtii geniti qui adulterio ethiopis
nata matre. nihil a ceteris colore differente. ipse
in auum degenerauit ethiopem. Ex uerbis ari
stotelis ostenditur causam cur filius patri assimi
letur siue parens sit siue non siue etiam mons
truosus sit partus esse uirtutem fortiorem ge
nerantis. certumque est hunc fetum uel dissimi
lis sit patri uel monstruosus filiũ esse generan
tis. Nam si hoc nõ esset ordo mũdi confunde
retur Si enim quispiã filium generaret qui nulli

ex parentibus assimilaretur. & propterea eũ ex
heredaret tamq̃ non suũ filium. omne genus.
principatus & regna funditus euerterent̃. nec
sciretur cuius nam homo filius esset. aut cuius
generis. & genealogie & leges false essẽt. Filius
est ergo quilibet generantis. quẽadmodum &
ethiopes qui filios generant albos. Doctores
hebrei cum lex ꝓhibeat ab esu nõ nulla aĩalia
q̃ sunt in munda. aliaq; munda concedat. ani
mal mundum: exempli gratia Vacca pariet ui
tulum qui equo assimilabit̃ aiunt posse com
medi. Nam & si equo similis est. filius tamen
est ex genere uacce. Econtrario si equa pariet
pullũ qui uitulo assimilet̃ non posse comedi.
quippe ꝙ equus est & ex genere eque. Quidã
doctor hebreus nomine gaon in quodã tracta
tu suo qui inscribit̃ cepher harmeionoth hoc
est liber expientie scribit euenisse in gerba apd
saracenos quẽdam ex adulterio asine filiã gene
rasse. eiq; nubili coniugem dedisse. Illa autem
nunq̃ passa est coniugis complexũ nisi eo tem
pore quo natura bruta sollicitat. Tũc maritũ
in secuta pregnans facta est. & mox dum infã
tem aleret nunq̃ marito consensit usq; ad tem
pus nature debitum. Preterea idem doctor ait

hanc puellam caruisse perfecto hominū sensu & discretione. Nam ubicumq; ordeū nancisci poterat cōmedebat. Consequens est ex auctori tatibus aristotelis & plinii atq; experientia re rum magistra. ut cū uirtus ethiopum transie rit ad alterā generationē ethiopum generatorꝫ & puella ab asina concepta filia fuerit generan tis quamq̄ ex uirtute monstruosa. intemerata uirgo que concepta fuit uirtute honorifica & messie. filia sit sancti ioachin & omniū descen dentiū. Satisfactum est prime & secunde q̄stio ni utpote ꝙ cū gloriosa uirgo fuerit filia sanc ti Ioachin & omniū descendentium satisfactio nis ordo non sit amissus. Preterea quoad secū dum argumentū dicimus ꝙ eo modo quo as serimus materiā uirginis intemerate fuisse cuꝫ materia ade. ipsamq; primā in cā eidem ade ab eoq; orbem emanasse fortiorem fuisse congruū satisfactionis ordinem contendimus. Nam cū preciosissimo sanguini beate uirginis in esset christi corpus. congruuꝫ est ueniret christus ad purgandum ignoscendumq; peccato. Sicut enim cū aliquis puer forte domum sedat atq; deturpat. uocamus eius matrem ut mundet & tergat filii sordes. ita christi humanitas ueni

rret ad diluendas inmunditias quas adam fece
rat. Satisfacimus argumentis p̃missis in qbus
diuus thomas contra nos sentire uidet. Verũ
tamen in primo sententiarꝝ distinctõne. xliiii.
argumento tercio sic ait Beata uirgo fuit ĩmu
nis a peccato originali & a peccato actuali. Si
aũt mihi obiciat maximã partem sacrorꝝ theo
logorꝝ pugnare contra nos q oĩbus argumen
tis & rationibus eorꝝ nõ satisfacimus. dicemus
causam esse nr̃am ignorationẽ & ĩbecillitatem
Verũtamen unũ illis responsum paratũ habe
mus ueriora & credibiliora esse uerba ꝓphẽta
rũ q̃ adduximus q̃ eorũ argumenta p̃ter alias
rationes q̃s diximus. Ad que accedit auctori
tas sancte matris ecclesie q̃ instituit offitiũ pre
stantissimũ & indulgentiã non mediocrẽ dicẽ
tibus. quod si interrogabimur. Si beata v̓go
cõcepta fuit absq; peccato originali obiissetq;
ante filii passionem. quo nã eius aĩa euolasset
Ad inferos equũ nõ erat descendere. In paradi
sũ non poterat. ꝗ adhuc porte non patebant.
Respõdemus duobus modis. Primo ꝗ in neu
trum locũ accessisset sed ad aliũ locũ celorꝝ san
ctissimum. Secundo dicimus ꝓpositionem de
obitu eius ante passionem nõ habere locũ. cũ

ĩpossibile esset eam obire ante passionẽ tribus
ratiõibus. Prima ꝙ iam institutũ erat a deo ut
passionẽ filii uideret. Secunda ꝙ necesse erat in
teruenirent remissiõi peccati cũ oĩa que in perpe
trando peccato intercessere eius relaxatiõi inter
uenire deberẽt ut supra plenissime ꝓbauimus
Tertia ꝙ deus neminẽ obire facit ante tp̃us cõ
stitutũ nisi una ex duabus causis aut ob scele
ra sua quibus mortem mereat̃ aut ob uirtutes
& bonitatẽ: Nam quia deus sciebat forte hũc
peccatũ recasurũ: & ob id damnandũ propter
misericordiã suam nõ sinit hanc aĩam perditũ
iri. facitq; mori tẽpore iusticie & bonitatis. Cũ
aũt immaculata uirgo esset sancta sanctificatq;
ante eius aduentũ: posteaq; fuit & est sanctissi
ma absq; macula & peccato alicuius generis:
nõ poterat ante tp̃s obire quippe ꝙ a iusticia
diuina non põt aliquid iniusti procedere. Hec
sunt q̃ nobis uisa sunt de cõceptione intemera
te uirginis Marie: Subicientes nos emendatio
ni eoꝝ qui doctiores sunt & plus sapiunt. Va
le qui leges & ora pro nobis.

FINIS.

Carmen in cõmendationem operis.

Diua ſalutifero colimus data pignora partu
  Et cadit in templis hoſtia multa tuis.
Sacra refert: cumulatq; nouis altaria donis
  Datq; uaporatis myſtica uina focis:
Qui patrio pugnat tabo cecidiſſe minores
  Nec tu libato palmite gemma tumes.
Aere ruẽs pelagus ꝑme uictor Heredia portũ
  Dum fœdam generis nõ trahit illa notam.
Ibis docte liber: ſceleratas urere mentes
  Iam potes: & tetricos peruolitare uiros.

Antonius Byaxander Siculus.

Regiſtrum foliorum.

Primum uacat	Dominus
braicum	ineternum
Cauſe uidelicet	Vero non
eſt ſublimior	in tertio
Turum &	Tuum
chriſti	ſatiſfacere
Glorioſam	
cum concepta	

Finis Regiſtri.